



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Concubitus soluti cum soluta semper est peccatum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41716

quumque præbet, & sunt contra primum præceptum secundæ tabulæ.

Concubitus soluti cum soluta semper est peccatum.

Fornicatio (hoc est concubitus naturalis soluti cum soluta) peccatum mortale est: dicente Apostolo quòd excludit à regno Dei. ad Gal. v.

Fraus an semper in peccatum inducat.

Fraus peccatum sonat, sicut & mendacium sed mortale vel veniale iuxta materiam. Nam fraus ad damnum proximi tendens perniciosa est, nisi circa minimum versetur. Si verò iocosa aut officiosa est, venialis est, quia non contra dilectionem Dei aut proximi militat. Excusatur quoque fraus nociva à mortali, si præter intensionem accidit: sed quum illam percipit, tenetur damnum resarcire, & famæ suæ consulere, ne scandalum sit de eo tanquam doloso.

Ablatio rei cuiuscunque invito domino semper peccatum est.

Furtum (hoc est occulta acceptio alienæ rei invito domino) peccatū est mortale ex suo genere: quia iustitiam violat contra charitatem proximi: potest tamen esse veniale propter imperfectionem actus, vel ex parte primi motus vel ex parte parvitatē rei: quia modicum pro nihilo reputatur, non enim reputatur quis læsus in rebus ex parva re ablata.

Sunt autē quatuor circa furti peccatum aduertenda. Primū est, de animo furandi, ne erres intelligendo quod si quis surripuit pomum peccet mortaliter, quia habet animum illud pomum furandi. Error est iste: quoniam animus furandi importat animum infertendi nocumentū proximo: non vocatur autē nocumentum si est nocumentum secundum quid, quale est